



1 MC 00000 F.A 130.063 P.P

Hair 7154 (17113970) T66
Korean (Stephanie Plain)

Robertii Guibé Britani Ep̄i Trecorenſis ad Innocentium octo
uum pont. Maximū: legati Illustrissimi ac invictissimi Franci
cisci Duci Britanię oratio in obedientia preſtanda.

Ogitanti mihi ſepenumero huius loci amplitudinē ſa-
cram auguſtissimāq; maiestatem tuam Beatissime pon-
tifer ab his qui ſanctitati tuę congratulatū accederent: niſi in-
epti exiſtimari velint: elaborata omnia atq; perfecta huic i me-
diū afferenda eſſe videri ſoleat. Nihil enim hoc frequetiffimo
conuentu: nibil tot Reuerendissimorum Cardinalium corona-
tuęq; preſentia excellentius aut amplius fieri ex cogitariue po-
tēt. Cōmouebat itaq; cum Reuerendissimop; Cardinaliū hoc
ordine celeberrimo i beatitudinis tuę conſpectu: qui humana
ſpecie amplior magnam de ſe cuiuia admirationē atq; ſtupore
concitatē poſſet. tum ingenij mei paruitate: que niſi parem re-
bus orationem inueniret: ineptus exiſtimari: i igno: antiq: cri-
men: vix effugere poſſe videbar. Sed: Illustrissimi duci i apo-
ſtolicam ſedem ſumā fidēs: perpetuum ſtudium: maxima obſer-
uantia cōtra me cōſolatur. Cui ut ſatisfacerem pro pietate mea
exiſtimationis periculū ſubire malui: q; impius i ingratu ab
eo iudicari. Qui libentius Sanctitati tuę congratulatū miſit:
q; te dulcissime pacis amatorēm: cultorem: cōſeruatoremq; fore
vſq; ad noa in extrema orbis parte: cōſtitutos cōtinens omnium
rumq; fama percrebut. Adeo q; te pontificem Maximū diu-
nitus creatum eſſe i celitus fere diuiniſſum: quo tāto incendio
i tempeſtati: quibus omnia cōſagratura i abſumptū iri vide-
bantur occurrens: i bella iam cepta i de facili emersura tuo cō-
ſilio: pudentia atq; integrity tua opprimerent i ſedarentur.
Tibiq; non tam curę foſe imperium tuū augere: q; totum chiu-
ſtianum populu belliſimo affictum in perpetua i exopta-
ta pace continere: omnes vno ore afiſmat. Qua laude que po-
tēt eſſe cumulatioſ. Que ſolidio: gloria! Læco pudentiam:
quam ſemp in omnibus rebus que a te ſunt administratę: ſin-

gularē declarasti. Nitto magnitudinē animis tuis & fortitudi-
nem sine qua magna geri & administrari non possunt. Quę cū
de fortitudine dicam; eadem de modestia & cōtinentia tua sen-
tio: quę te q̄comendatissimū reddit. Eam pr̄terea grauita-
tem in omnib⁹ rebus custodis: ut ab ea dignitate personę quā
geris minime abhorere videatur. Quid munificentia aut libe-
ralitatem peculiare ac propriā familię tuę: quę antiquitate gei-
neris amplissima: in Januensi vrbe verutissima Italie: et qua
q̄plurimi pontifices maximi emanarūt: iam multos ānos flo-
ruit laudem. Quis enim te magis in dāo amplius familia re-
tinenda pro facultate rerum liberalis vñq̄ extitit. Nulli vñq̄
qui egeret clausa fuit domus tua. Quis enim in exigēdo bene-
ficio: si qñ v̄lus venerit magis verecundus. Quid facilitatem;
Quid incredibilem humanitatem: quam in sumis: mediocres
& infimos semp exhibuisti: & nunc in tam alto dignitaris solle-
cōstitutus: etiam indies erhibes: hoc loco cōmemorem. Nemo
proscto bac virtute te excellit. q̄ faciles ad te aditus. q̄ beni-
gnus & liberalis sermo: quanta lenitas uel in appellādo: uel in
respondendo: quanta & excipiendo & dimitteō comitas. Que-
ut difficiliora in suprema aliqua potestate videntur: eo maiore
laudem tantis principibus afferre non dubium est. Luceo derte-
ritatem tuam in agendo: consiliū in expediēdo: celeritatem in
conficiendo: facilitatē in opera danda: ut nequaq̄ mirum sit:
si omnes te sumis & amplissimis laudibus prosequant̄: colant̄
& venerentur. Attingendā non puto summā religionem tuam.
Quis enim inter pontifices reperiri posset: qui venustius: qui
aptius: qui religiosius ac modestius p̄ populo sacrificet? Sed
ad extollendam sumis laudibus iusticiam Sanctitatis tuę cū
ccarum virtutum reginā: quę pontificatum tuum q̄maxime il-
lustrat: & eum apud omnes gentes & populos clarū decorumq;
reddit: iam mea festinat oratio. Huius virtutis tanta vis ē be-
atissime pontifer: ut non solum cōsenescentes ciuitates ac iam
deficiētes reuiuiscere: sed delete & euerse restituī ac recreari cō-

siveuerint. Nulla enim ciuitas: nullum imperiu[m] sine ea diu con-
 sistere aut durare potest. Hoc animaduertes Sanctitas tua tor-
 to animo et pectore bene et sapienter hanc virtutem amplexa est.
 Tantum enim pro tuendis oppositis defendenda equitate per tu-
 to itinere viatoribus reddedo: pro administrando equabilem ius
 omnibus integre: iuste: incorrupteque: omni avaricie labore peni-
 tus exclusa: curam: studium: diligentiam: adhibuisti: ut iusticie
 famam: quam Chrysippus expessit: totus christianus populus in
 te agnouisse pre se ferre non dubitet: eam predicet et admiretur.
 Et te subleuari inopes: miseris adiuuari: misereri pauperum: per
 te valere officium: valere virtutem: iacere gratiam: iacere iniqui-
 tatem: et symoniā cunctorum scelerum pestem et labem ex dei ec-
 clesia funditus eradicari extirparique. Dignitates et honores vir-
 tutum ac litterarum studiosis et bene merentibus tribui: ad quas
 r[eg]ib[us] regionesque fama non periusit. His igit[ur] et alijs virtutibus
 quibus pereditus es ad amplissimum fastigium et culmen omnium
 dignitatum viam merito tibi patesfacta esse cui ignotum est! Sa-
 plientissime itaque iudicauit hic amplissimus Reverendissimus
 Cardinalium ordo: qui tam ac tantum Cardinalem: tot virtu-
 tibus ornatum: sumimum pontificem ac totius christiane rei pu-
 blice principem patrem et ducem creauit: summo totius eorum ordi-
 nis consensu: et christiani populi plausu atque leticia. Plurimas
 alias tuas laudes Beatissime pontifer: plurima huius aposto-
 lice sedis ornamenta: necnon Britanie ac ducis eximias laudes
 hoc in loco commemorare possem: nisi scirem Sanctitatem tuam
 aduersa valitudine elaborantem iam diu tedium non esse afficien-
 dam. Quam ob rem quod rei que est officium mei munus prose-
 quar. Gratulatur Sanctitati tue Illustrissimus dux: qui ut non
 te fugit: apostolicę sedi quantum qui quis alter: semper obseruantis-
 simus fuit: et ab alijs crebro summis pontificibus singulari prose-
 cutus benivolentia: maiestati tue omnia sua: alacri: lecto: since:
 roque animo desert obedientiam veram et integrum: per eum et pre-
 decessores suos prestari solitam: summa cum veneratio exhibet

ac pollicetur. nullum onus quantūcūq; maximū pro tua amplitudine tuenda recusat. Quęcūq; in fortunis eius sunt: omnia tibi exposita sunt: et tuam Sanctitatē ex corde ac toto procumbens pectore roget: obtestaturq; quatenus ipsum ac patriā suā: imo tuam digneris perpetuo habere cōmendatissimam;

Dixi pater beatissime.



